An extract of a Letter from Senior Ciampini, *to Dr.* Croon, *concerning a late* Comet *seen at* Rome.

NOvus *Cometes* nuper cœlo visus est à lynceo oculo Abb. *Blanchini* discipuli Cl. *Geminiani Montanarii*. *Cometes* parvus quidem sed in sua orbita regularis apparuit, lumine tenui, & tanquam stella subobscura, at tubo optico exceptus luminosior. Observationes habes hic junctas & habitas domi optimi Prælatis *Vectorii*, viri sapientiæ & doctrinarum amantissimi, ut & illis omnifariam refertissimi.

1684, die 30, Junii St. n. *Cometa* primum mihi visus est, in grad. 9 cum aliquibus minutis Libræ, Latitudo ejusdem Borealis fuit graduum octo & aliquot Minutorum, quæ nondum satis certo determinare potui ex Observationibus, Gradus tamen tam Longitudinis quam Latitudinis extra Aleam Dubitationis est.

Julii die	Cometæ Longitudo,		Latitudo Bor.
	° '		°
1	11. 18	♎	13. 12
2	13. 16		17. 57
3	14. 58		22. 12
4	16. 45		25. 40
5	18. 30		28. 50
6	19. 50		31. 34
7	21. 07		33. 54
8	22. 20		36. 06
9	23. 32		38. 00
10	24. 42		39. 40
11	25. 44		40. 49
12	26. 38		41. 58
13	27. 23		43. 05
14	28. 32		44. 09
15	29. 49		45. 12
16	00. 58		46. 20
17	02. 08	Scorpii.	46. 40

Quatuor

The Royal Society is collaborating with JSTOR to digitize, preserve, and extend access to *Philosophical Transactions (1683-1775)*. www.jstor.org

Quatuor ultimæ meliori Indigent Calculo, nam aliquis fortaſſe minutorum Error Irrepſit; alias etiam nonnullas habeo diei 18 & 19, quæ cum nudo Oculo habitæ ſint, abluderent fortaſſe pluribus minutis ſi eas nunc afferrem. Poſtremis hiſce Noctibus, cum jam ſenceſcente Luna ſtellarum etiam minorum fulgor ſe proderet, *Cometam* quoque languentem proſpexi prope Lemniſcos coronæ: eas proferam cum omnes in ordinem ut par eſt ſuum Redegero.

Obſervatio diei primi Julii accuratiſſima eſt, *Cometa* enim in Teleſcopio apparuit una cum Stella Virginis quæ *Bayero* inſcribitur α & accidit ſub Cingulo ſeptentrionalis partis primæ.

Obſervationes ſequentes uſque ad diem quintam ſatis certæ haberi poſſint; omnium tamen Certiſſima eſt Obſervato diei ſextæ, qua die Arcturus in tubo optico ſimul cum *Cometa* conſpiciebatur. Die pariter 14, *Cometa* & ſtella x in *Colorrobo* Bootis ceu Venabulo ſubter humerum uno intuitu detegebantur. Aliæ Obſervationes etiam ſatis accuratæ ſunt,